Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift

homines faciunt. ut ipsas etiam aerias potestates potestates
inuentionibus malicie pire uideantur. Aquile uocabulo po
testas terrena figuratur. Vnde pelechiel ppham dicitur.
Aquila grandis alarū magnarū. longo membroꝝ ductu. ple
na plumis & uarietate. uenit ad libanū & tulit medullā
cedri. & summitatē frondiū eius euulsit. Qua uidelicet
aquila quis alius quā nabuchodonosor rex babilonie
designatur. qui pimmensitate exercitus magnarū ala
rum. pdiuturnitate temporū longo membroꝝ ductu
pmultis uero delicijs plena plumis. pinnumera autē
terrene glie cōpositione plena uarietate describitur. Que
uenit ad libanū & tulit medullā cedri. & summitatem
frondiū eius euulsit. quia iudeę celsitudinē petens. nobi
litatē regni ei quasi medullā cedri abstulit. & du tenem
mā regum plem a regni sui culmine captiuando sustu
lit. quasi summitatē frondiū euulsit. Aquile uocabulo
ul subtilis seōz intelligentia uel uolatus dñice ascensio
nis exprimitur. Vnde isdē ppha du sub animaliū specie
euangelistas quatuor se uidisse describerit. ineis sibi
hominis. leonis. bouis & aquile faciem apparuisse testa
tur. quartū peul dubio animal iohannē paquilā signi
ficans. qui uolando terrā deseruit. quia psubtile intelli
gentiā. interna mysteria uerbū uidendo penetrauit.
Cui nimirū ppheticę sententiae ipse quoq; iohannes
in reuelatione sua de semetipso non dissonat dicens.
Animal primum simile leoni. animal secdm simile
uitulo. tertiū animal habens faciē quasi hominis.
quartū animal simile aquile uolanti. Et quāuis sin
gula adunū quēq; euglistā recte conueniant. dum
alius humanę natiuitatis ordinē. alius ymundi sa
crificii mactationē. quasi uituli mortem. alius